

P R A E F A T I O .

viçtimæ madatæ in Taurobolio apud collem-
Vaticanum Romæ, transferabantur cum ARA,
& BUCRANIO in Coloniam, ubi decretum
fuerat sacra Matris Deum Magnæ Idææ perage-
re ritu Romano per Sacerdotes exornatos occa-

A bo, & corona à Quindecemviris faciun-
dis. Præstat inscriptionem illius aræ Lugdunen-
sis cum prototypo à me inspecto exactè con-
gruentem ex libro laudato P. de Colonia mu-
tuari.

TAVROBOLIO MATRIS D M I D
QVOD FACTVM EST EX IMPERIO MATRIS D
DEV M
PRO SALVTE IMPERATORIS CAES T. AELI
HADRIANI ANTONINI AVG. PII PP
LIBERORVMQVE EIVS
ET STATVS COLONIAE LVGVVDVN
L. AEMILIUS CARPV IIIII VIR. AVG. ITEM
DENDROPHORVS

Hic visitur insculptum Caput Tauri, seu Bucranium coronatum. Subtus legitur:
VIRES EXCEPIT EX VATICANO TRANS
TVLIT ARA ET BVCRANIVM
SVO INPENDIO CONSECRAVIT
SACERDOTE
Q. SAMNIO SECUND AB XV VIRIS
OCCABO ET CORONA EXORNATO
CVI SANCTISSIMVS ORDO LVGVVDVNENS
PERPETVITATEM SACERDOTI DECREVIT
APP. ANNIO ATILIO BRADVA T. CLOD. VIBIO
VARO COS

In sinistro latere ejusdem aræ insculptum est Cranium Arietis indicium Criobolii.

Dextro autem in latere cultri figura visitur cum literis

CVIVS MESONYCTIVM
FACTVM EST V ID. DEC.

Aptè observat doctus Interpres hujus monu-
menti, ex Tertulliano, Ambrosio, Firmico
Materno, aliisque Scriptoribus antiquis, à Diabolico
cujus sunt partes invertendi veritatem, in-
stitutum fuisse, ut ipsas quoque res Sacramentorum
Divinorum (verbis uitiorum Tertulliani) in idolo-
rum mysteriis emuletur. Tinctit & ipse utique
credentes & fidèles suos, expiationem de lava-
cro re promittit. Firmici quoque verbis ostendit, in-
ter errores profanarum religionum à spiritu
mendacii subdolè inductam credulitatem expur-
gandorum criminum per sanguinem viçtimæ,
ante aras idolorum profusum, & ritu descripto
per Ausonium in Taurobolio, & Criobolio ita
conspersum, ut eo cruce, quasi rore depluente,
perfunderentur membra, ac vestes Sacerdo-
tis initiandi sub scrobe latentes. His nempe sy-
cophantissimis conabatur impietatis magister, &
Deo rebellis spiritus illudere sanctioribus my-
steriis utriusque Testamento, traducens ad abu-
sum superstitionis confersiōnem Sanguinem Di-
vino iusti à Moysi adhibitat in consecratione
Pontificis Aaronis, ejusque filiorum; & sacrile-
go auctu tentans foeda illa simulacra lotionis op-
ponere dogmatibus spei, ac fidei nostræ, docen-
tis, per Christi Sanguinem pretiosum purgari-
nos, & consecrari filios in salutari lava-
cro baptismi; Sacerdotes vero dedicari in eodem san-
guine perunctionem ordinis, & signi ab æter-
no Pontifice instituti. Sed inspectio marmororum
memoratorum declarat, longius proiectas ar-
tes, licet irritas, & invidiam maligni spiritus.
Eo enim dementia proceſſit; ut cogitaverit de
subvertenda Hierarchia Ecclesiæ, idque spera-
verit se affeceturum, si fecatoribus suis inspi-
raret, ut è Vaticano, ubi Christianæ communio-
nis centrum fixerat Petrus, Auctore Christo,
diffunderet ille mysteria Matris Deum Idææ
auctoribus Quindecemviris in orbem Romanum.
Videbat hostis humani generis, à fec-
toribus Petri post ejus obitum Episcopos
allegari, perinde ac Petrus confueverat, per
orbem universum: & unitate Ecclesiæ serva-
ri per nexum Sacerdotii Maximi divinitus insti-
tutum; cùm nutu Principes Episcopalis Ordin-

B nis omnia membra colligi in Conciliis, & di-
rigi legibus cerneret; moderante rem Christianam
universam eo, qui in Petri cathedra suc-
cessor, & navarchus federet quasi ad clavum
Reipublicæ Christi Vicarius Episcopus Roma-
nus. Commentus itaque est inimicus veritatis,
& religionis, ex vicinia Petri cathedra suos
hierarchs ablegare in Provincias, & Colonias
Romani nominis. In Vaticano, nempe in cre-
pidine folii Petri, aras Mithræ, Iidis, & Ma-
tris Magnæ, Taurobolia, Criobolia, & ejus-
modi portenta numinum, ac mysteriorum ita-
fundare aggressus est, ut indè proferre impium
cultum utrobius posset, in Orientem & Occi-
dentem; quod infiuat non obscurè inscriptio
Græca sup. n. 22. Neque aliter sentire suadet.

C Epochæ Translationis facrorum in Lugdunensi
marmore consignata. Observat enim opportū
P. de Colonia cum pluribus eruditis, ante im-
perium Antonini Pii non reperiū ullum Tauro-
bolium, ejusve ritum Romæ translatum; sed
neque ullum Romæ, aut in Provinciis peractum,
aut perceptum antiquis in monumentis, aut hi-
storicis memorari. Quare colligere possumus,
circa eam æratem, qua ordinandis Imperii Pro-
vinciis Hadrianus, & Antoninus occupabantur,
& qua Episcopalium sedium ordinandarum par-
cure detinebat Petri successores, dum isti ad
Apostolorum tropæ paulò ante construxerat per
Evaristum, in confessione B. Petri Clerum col-
ligentes, & Episcopos, Presbyteros, Diaconos

D initiatis sacris ordinibus hinc ablegantes ad
Christianæ sacra, qua in suburbicariis sedibus,
qua in Titulis Urbanis, qua in Provinciis exer-
cenda, etiam in toto divisâ Orbe Britannis; eâ,
inquam, æratem, qua nostræ Religionis Antistites
summi ita procurabant sacram Christi Principa-
tum, & Sacerdotium, Quindecemviri sacris fa-
ciundis, aliquæ Dæmonum mystæ Idolum Da-
gon contra Arcam Domini erigentes, ad radie-
ces Vaticanæ collis instituerunt Taurobolia, &
Criobolia Matris Magnæ, & occasio ornatos, &
coronatos Sacerdotes cum ara, & viribus, & bu-
cranio indè perceptis miserunt in Colonias ad con-
tagium superstitionis suæ Provinciis inferendum.